



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Orationes Dvae In Sacrosancto Oecvmenico Concilio  
Tridentino Habitaе**

**Dudith, András**

**Venetiis, 1562**


---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68800)

Th  
5798

X XI. 24. Th. 5798.





ORATIONES DVAE

IN SACROSANCTO OECVMENICO  
CONCILIO TRIDENTINO HABITAE

A R. P. ANDREA DVDTIO

SBARDELLATO, EPISCOPO TININIEN.

AC DD. PRÆLATORVM,

TOTIVSQ. HVNGARIAE

CLERI ORATORE,

Anno Domini M D LXII.

*Libri Secretatus Joh. Paderbornae 1596.*



Venetiis, apud Iordanum Ziletum, M D LXII.

ORATIONES DVAE

IN SACROSANCTO OECUMENICO

CONCILIO TRIDENTINO HABITAE

A. R. P. ANDREA DAVITIO

SECRETARIO, EPISCOPO TUNISIN.

A. C. D. D. P. R. E. L. A. T. O. R. V. M.

TOTIVS, H. V. G. A. S. I. A. E.

CLERICI O. L. I. T. A. E.

Anno Domini M. D. L. XII.



Venerabilis patris Johannis X. ...

ILLVSTR. AC REVER.

PRINCIPI AMPLISSIMO

D. D. NICOLAO OLAHO,

Archiepiscopo Ecclesiæ Metropolitanæ Strigonien.

Legato nato, Primate Hungariæ, ac supremo

Cancellario & Consiliario S. Cæsareæ

Regiæq; Maiestatis. &c.

PETRVS FONTIDONIVS SEGOBIENSIS,

*Theologiæ Doctor, Illustrissimi ac Reuerendissimi D. Petri*

*Gonzalez de Mendoza, Episcopi Salmantini*

*Theologus, S. P. D.*



QVOD sæpe multorum sermonibus acceperam, id nunc mihi experimento contigisse uideo, Antistes amplissime, tantam uidelicet esse, non cognitæ modo, sed auditæ etiam uirtutis, & probitatis uim, ut eorum, quos nunquam uidimus, amore nostros animos inflammet. Nam cum in Reuerendissimi Episcopi Tininiensis Andreæ Duditii, hominis amplitudinis tuæ studiosissimi, familiaritatem, non ullis meis meritis, sed eius incredibili bonitate, uenissem: cuius ego dulcissima consuetudine, ob singulare illius ingenium, candidissimum animum, suauissimos mores, eloquentiam summam, & reliqua, quæ in eo maximè e-lucent, uirtutis & literarum ornamenta, & uitor frequen-tissimè, & mirificè delector: cumque in magna patrum corona, qui sæpe salutandi, & colloquendi gratia conue-niunt, ut frequenter in familiari colloquio solet accidere, quo in statu res Hungarorum essent, commemoraret, præter bellum quod continenter cum Turcis gerunt, gra- uiter etiam uariis nunc opinionum de religione errori-

A 2 bus



F O N T I D O N I I

bus totam illam prouinciam laborare, non sine maximo omnium dolore, referebat. Subinde uerò ut excitatum animis nostris dolorem, tui recordatione mitigaret, quippe qui te inaudito quodam amore, & ueneratione prosequatur: & de te mirabiliter & sentiat, & loquatur; intulit tui mentionem perhonorificam, mihiq; inter cæteros auditu iucundissimam; remq; exorsus ueluti à principio, te magnum & excellentem hominem non ob aliud, naturam procreasse, artes excoluisse, industriam cõsummasse dicebat; quàm ut diuina prouidentia, Ecclesiæ Hungariæ miseratione commota, illam terræ partem afflictam & calamitosam, tantæ tuæ sapientiæ reficiendâ & conseruandam traderet, in te unum magnam suæ salutis spem Pannoniam contulisse, quâ tu præter cæteros & consilio & uirtute plurimum iuuare potuisses. Te non modo pastoris officio functum, populû tibi creditum sanctissimis præceptis & domesticæ uirtutis exemplo instituisse, publicæ pacis perturbatores insectatum fuisse; sed etiam præstantissimi ducis egisse partes, cum sæpe ui, atque impetu Turcarum propulsato, non uiribus corporis, quas & ætas debilitauit, & dignitas ab hoc munere coeret, sed magnitudine animi, consilio, & propriis sumptibus, fidei tuæ commissos homines, incolumes ab hostiû iniuriis conseruasti. Itaque perpetuò ueluti in specula quadam constitutum, excubias agere, imminentes utrinque tempestates intueri, quibus consilio, sapientia atque uirtute possis occurrere. Inter reliqua tua præclara facinora, narrabat Agriam, arcem munitissimam, & propè extremum Hungariæ præsidium, à centum septuaginta milibus Turcarum obsessam, & acerrimè oppugnatam, imprimis quidem auspiciis Ferdinandi Cæsaris optimi & religiosissimi Principis, atq; incredibili eiusdem uirtute ac liberalitate, sed tua etiam eximia industria, & patriæ iuuantæ studio, exiguo militum numero & inaudita celeritate  
ab

ab obsidione liberatam, & ueluti ex ipsis hostium faucibus ereptam, cum illorum summa ignominia, & tua immortali gloria, de qua nulla unquam posterorum ætas deberet conticescere. Hic mihi Catonis atque Scipionis ueniebat in mētem, quorum alter armatus cum externis hostibus, alter uerò togatus cum domesticis uitiis bellū gerebat: quorum tu laudem & gloriam mihi uidebaris adeptus, qui utriusque personam præclarè sustinuisses, & in utroq; stadio ac puluere ita desudasses, ut & laureati Imperatoris fasces, & gloriosissimus diuini pastoris triūphus tibi iure optimo deberētur. Sed illud est tibi longè gloriosius, quòd dum hæc mala ab ecclesia tua & Rep. depellis, non Scipiones aut Catones, non iam Herculem illum, sed Christū uerè *ἀλεξίνακον* imitaris. Fruere hac tāta foelicitate, cū bona fortuna & gloria, Antistes clarissime, quo quidem non modo Hungaria, sed ipse etiam Cæsar inuictissimus Ferdinandus gloriari potest, qui dum tantū imperii Romani pondus & interitum minantem atque prope corruentem Ecclesiam suppositis humeris, tanto cum labore & gloria sustentet, eos fuerit Ecclesiæ principes adeptus, qui possent illius augustissimum pectus, tot curis æstuans atque onustum, aliqua parte sollicitudinis leuare. Exhibuit præterea idē Duditijs mihi librum à te editum, coacta Synodo Tirnauia, qui animi tui sollicitudinem in custodiendo grege, in propulsandis lupis, in retinenda ueteri disciplina sic ostendit atque declarat, ut mihi quidem illam sacrosanctæ uetustatis gloriam in sæculum nostrum retulisse uidearis. Harum atque aliarum multarum rerum à te præclarè gestarum cōmemoratione equidem sic sum incēsus & inflammatus, ut incredibilis quædam in animo meo exarserit amoris magnitudo, usque adeo ut has statim literas ad te mittendas decreuerim, quæ tibi ob hanc tantam foelicitatem, & Hungariæ, immo uniuersæ Christianæ religioni ob rātum Antistitē, grati-

F O N T I D O N I I

gratularentur : quæ testes essent locupletissimi meæ erga tuam amplitudinem uoluntatis & obseruantiaë , quæ meo nomine , tantum Ecclesiæ principem , uirtutis splendore , doctrinæ gloria , sapientiæ & integritatis fama mihi iam cognitum , reuerenter salutarent , & me iam in ære suo esse testificarentur . Quæ enim esse potest , in tantis præsertim Ecclesiæ ruinis maior amoris & obseruantiaë causa , quàm nosse te pro Christi gloria , pro patriæ charitate , incredibilem animo sollicitudinem , & immensos labores sustinere ? Quis est enim tam ferreus , qui cõmunibus miseris non commoueatur , et illos non amet & ueneretur , qui ut publicæ saluti consulerent , non modo priuata commoda , sed salutem etiam & uitam contempserunt , & huius sæculi infoelicissimi miserimam cladem ab Ecclesia Christiana , maximis suis laboribus , periculis , sanguine etiam , si opus esset , redimendam iudicauerunt ? Incidimus , Princeps clarissime , in tẽpora miserrima & in eas hæresum flammæ , quæ iam sine ingenti totius orbis ruina restingui non possint . A contentionibus ad arma uentum est : ardent bellis prouinciæ , Christianorum sanguine domus & templa cruentantur , & hæc tempora prima illa nascentis Ecclesiæ exordia & incunabula , quæ tot Martyrum sanguine maduerunt , referunt iam & imitantur . Ut quod innocenti sanguine partum est , sanguine etiã conseruetur . Omnia infensum nobis Deum & iratũ testantur . Pœnas de nobis sumere , electorum fidem experiri , bonorum patientiam exercere uult , neque enim aliam ob causam , hæreses excitari , & in populũ Christianum impunè grassari permittit . Meritò doctor gentium Apostolus Paulus , hæreses Lydium esse lapidem significauit , ad quem , cuiusque fidem , uirtutem atque constantiam , exigeret diuina sapientia . Id nunc uidemus usu uenisse , ubique Deus suorum fidem explorat . Sed illud est magnopere dolendum , quòd licet nonnulli eximia pietate

tate

tate atque constantia reperti sint, qui acerrimi religionis assertores sese magnis periculis, illius causa & morti etiam obtulerint, inter quos principem tu locum obtines; immē sam tamen multitudinem (proh dolor) ab hostibus Ecclesiae Romanae, captiuam duci uideamus. quot enim obsecro leuissimi & inconstantes reperti sunt? quot matris Ecclesiae signa deseruerunt? quot perfidissimi transfugae ad aduersarios defecerunt? quid testibus opus est? ipsius Ecclesiae orbitas & lacrymae testantur, quod passim uideat, filios à suis complexibus abduci. Sed quid opus est me nunc lugere hanc tantam Ecclesiae cladem, quam non modo illius filii, sed ipsa iam euersa templa & lapides, lamentantur. Temporum istorum ratio effecit, ut tibi cui omnia fausta & laetissima cupimus, nihil laetum scribere possimus, sed miserum & lugubre esse oporteat genus literarum, consentaneum iis miseriis quibus affligimur. Nunc omnis spes, ad hoc sacrosanctum concilium deuoluta est, & merito, tanto enim studio summi Pontificis coactum est, tanta patrum grauissimorum, tum etiam doctissimorum Theologorum frequentia refertum: tanto animi ardore in ecclesiae salutem incumbitur, ut nisi illius cursum (quod Deus auertat) aliqua exorta tempestas impediatur, foelicè nobis exitum polliceatur. Tu uerò, Antistes clarissime, in eam unam curam, (sicuti facis) & cogitationem incumbe, ut Euangelica ueritas oppressa & labefactata, tuo beneficio in libertatem uindictetur, & sapientissima illa instituta atque salutaria, quae tuis scriptis diuinitus es complexus, omnium, & potissimum infantium animis imprimantur: ut cum illis adulescant, ut cum altas egerint radices, nullo postea uento doctrinae euellantur, neque circumferantur, ut Ecclesia illa, quae tuae fidei atque sapientiae commissa est, in pristinam puritatem & integritatem tua diligentia restituatur. Longius prouectus sum quam tuae ingentes curae patiantur, praesertim cum

F O N T I D O N I I

cum indigna sit hæc epistola , quæ præclaras tuas occupa-  
 tiones, & maximis atque sanctissimis studiis consecratas  
 uel temporis momentum interpellet. Sed ego quo bene-  
 uolo magis animo illam exciperes , non passus sum ad  
 te solam accedere , duos illi comites adhibui , quos in-  
 telligo tibi futuros esse gratissimos , & qui aditum illi ad-  
 tuam gratiam & beneuolentiam patefacient , duas , in-  
 quam, Duditii tui elegantissimas orationes, quarum alte-  
 ra, legatione functus est, tãto cum omnium plausu & tua  
 gloria, in cuius ille laudibus potissimum uersabatur, ut dũ  
 præclaras illas excellentesq; uirtutes tuas, in illo totius or-  
 bis gentium clarissimo domicilio, in sacra, inquam, Sy-  
 nodi conspectu , diuina quadam eloquentia , uoce & a-  
 ctione percurrit cum admiratione & stupore totius sena-  
 tus, dum præterea mala etiam & calamitates, quibus  
 Hungaria nunc premitur & uexatur, exponit, Deum im-  
 mortalem , quanto maximo tui amore , & illius prouin-  
 ciæ misericordia, omnium pectora compleuerit: usq; adeo  
 ut licet omnes te magno ornamento & utilitati, huic sa-  
 cro sancto Concilio (si adesses) futurum esse , ex illius uer-  
 bis & commendatione iudicarent, illud tamen omnes  
 censerent, te non magis à Pãnonia quàm spiritum à cor-  
 pore sine hominis interitu posse seiungi. eiusmodi ille  
 uulnera Hungariæ patefecit, quæ tantum medicum nec  
 pedem ab ea efferre paterentur. in altera uerò summam  
 animi sui pietatem in patriam, & in cæteras Germaniæ  
 prouincias indicauit, dum omnibus ingenii & eloquen-  
 tiæ neruis impetrare contendit à sancta Synodo, ut per-  
 ditas & profligatas nationes, si hac uia fieri posset, unius  
 calicis (cuius infinita quadam cupiditate teneri uiden-  
 tur,) concessione, ad Ecclesiæ gremium & unitatem reuo-  
 caret. qua in re, quanto sententiarum pondere, quanto  
 uerborum splendore, quàm suauis, et ad misericordiam  
 procliui genere orationis usus sit, quantam inde laudem  
 &

## E P I S T O L A.

5

& admirationem reportauerit, ipsa, me tacente testatur oratio, qua quidem, cum eam legeris, omnium commendationem duces inferiorem. in utraque uerò sic se extulit & excelluit, ut mihi quidem & de amplitudine tua, de Hungaria uniuersa, de toto sacerdotum ordine, sic uisus fuerit benemeritus, ut non meo solùm, sed omnium iudicio, & sibi & patriæ summam gloriam attulisse uideatur. Istarum pulcherrimarum orationum præsidio, spero & hanc epistolam, & meum erga tuam amplitudinem animum non ingratum esse futurum.

Vale Princeps Ecclesiæ clarissime, gloria  
atque decus Hungariæ.

Triden. xv. Calend. Sept.

M D L X I I.

B O R A T I O

EPISTOLA

& admittentes reportaverit, ipsa me faciente restituit  
oratio, per quibus, cum tam legere, omnino com-  
mendationem ducet infortis, in super meo sic se  
caute & exaltat, ut mihi quibus & de amplitudine  
tus, de hinc est hinc, de toto hinc, ordinis,  
sic hinc non hinc, ut non hinc, sed om-

hinc hinc, & hinc hinc hinc hinc hinc

caute hinc, hinc hinc hinc hinc hinc

oratio hinc hinc hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc

hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc

R. P. D. ANDR. DVDTII

SBARDELLATI, EPISCOPI TININIEN.

AC D. PRÆLATORVM, TOTIVS Q.

Hungariæ Cleri in sacrosancto Oecume-  
nico Tridentino Concilio

ORATORIS,

AD AMPLISSIMOS SEDIS APOSTOLICÆ

Legatos, ceterosq; eiusdem Concilij Patres,

Oratio prior, habita VIII. Id. Apr.

M. D. LXI.



RIA fuerunt tempora, & ea quidem nō ita multis mensibus interiectis; quibus temporibus hi, quos in literis quæ modo recitatae sunt, nominari audiuitis, Reuerendissimus, & Illustr. D. Nicolaus Olahus, Archiepiscopus Strigoniensis, D. Episcopi, cunctus denique Hungariæ clerus lætitia fanè tanta affecti sunt, quanta uix ulla oratione explicari posse uideatur. Primum quidem tempus fuit, cùm religionis Christianæ rebus in maximum periculum, & extremum penè discrimen adductis, auditum est, eum nobis, Dei misericordia ac bonitate, ueluti è cœlo demissum esse gubernatorem, qui tot, tantisq; procellis, & tempestatibus agitatam, ac propè in scopulos illisam Christi nauem, Christo ipso, qui horribiles fluctus compesceret, è somnis excitato, tranquillum aliquando in portum perduceret. In quo certè ita nobis à diuina bonitate consultum esse confidimus, nihil ut iam ad foelicem huius tam salutaris, tam bonis omnibus optatae, tamq; speratae rei euentum magnopere desiderandum amplius esse uideatur. Eum enim nobis Dei clementia Pontificem dedit, qui religionis studio, in Christi plebem charitate, ac sapientia longè excellit. Quæ quidem uirtutes in eo haud

B 2 obscure



## D V D I T I I

obscurè iam tum elucebant , cùm in Hungariæ regnum  
 satis quidem incolume illo tempore , nunc uerò ma-  
 lis omnibus oppressum , ac penè euersum , unà cum  
 clarissimo uiro fratre suo missus , omnium in se nostro-  
 rum hominum ora , sermonesq; conuertit . Neque enim  
 tum nostra gens alium eum futurum sperauit , quàm  
 qualem ipse postea præclarissimis , & omni commenda-  
 tione dignissimis actionibus se præstitit . Etenim , ut  
 alia quàm plurima transeamus , in quibus singularis e-  
 ius sapientia , ac summa quædam pietas enitet , quan-  
 tum illud est , quod post adeptam hanc dignitatem , qua  
 ne fingi quidem excelsior ulla potest , non propterea ad  
 eum se dignitatis gradum sublatum esse existimauit , ut  
 suis commodis , sed ut Reipub. Christianæ incolumitati ,  
 atq; utilitatibus inseruiret . Et quidem , ut omnes homi-  
 nes intelligerent , eum hac una in re omnes cogitationes  
 defixisse , cum primùm Pontifex Max. diuino afflante Spi-  
 ritu renunciatus est , nihil potius habuit , quàm ut pra-  
 uis opinionibus imbutas hominum mentes purgaret ,  
 easq; à simulata religione ad uerum Dei cultum ; ab im-  
 mani quadam contumacia , ad Ecclesiæ obedientiam ; a  
 summa demum insania , ad integram sanitatem reuoca-  
 ret . Quòd ut sapiens ac peritus medicus , quàm posset ,  
 leuissimo , & ad morbi naturam peraccommodato reme-  
 dio tentandum , neque statim ad acriores medicinas con-  
 fugiendum esse iudicauit . Itaque cum ingratos sanè mul-  
 tos , & leuissimorum hominum fallaciis irretitos , ac pror-  
 sus infatuatos Ecclesiæ , suosq; filios , omnem obedien-  
 tiam abiecisse , seq; è charissimæ matris complexu , per  
 summam impietatem , ac petulantiam submouisse ani-  
 maduertisset ; Dei Max. cuius in terris uices gerit , boni-  
 tatem & clementiam imitatus , non statim illos omnino  
 abiiciendos , ac pro summa sua potestate , æternis suppli-  
 ciis addicendos esse duxit , Sed eximia adductus chari-  
 tate ,

tate, ac paternâ quadam indulgentia, id dedit operam, ut, si posset, Deo, sibiq; eorum animos conciliaret, eosq; in Ecclesiæ matris gremium restitueret. Atque id ut commodius rectiusq; consequeretur, sacrosanctum hoc Oecumenicum Concilium congregandum sedulò curauit. Atque hoc quidem fuit alterum lætitiæ illius tempus, qua Hungariæ Episcopos, & uniuersum clerum affectum fuisse initio dicebam. idq; profectò non sine causa. In eam enim spem ueniebant, fore, ut hac potissimum ratione pestilentissima hæreticorum lues, quæ uniuersum iam Christiani orbis corpus peruagata est, aut prorsus tolli, aut ita compefci posset, ut à summa desperatione ad magnam sanandæ reip. spem, bonorum animi erigerentur. Quam ad rem perficiendam, quid aptius, quid horû sanctissimorum patrum celeberrimo conuentu accommodatius fieri potuit? Nam si in morbis curandis illud in primis spectamus, ut contrariis remedia adhibeamus contraria, in Hæreticis ad sanitatem reuocandis, omnis generis satis uberem, & abundantem, amplissimi patres, nobis medicinam suppeditabunt. Nempe si erit nobis contra Hæreticorum impietatem decertandum; horum illis Patrum singularem pietatem opponemus: si contra superbiam, humilitatem; si contra inscitiam, rerum omnium scientiam? si contra leuitatem, constantiam obiciemus. Nullum denique morbi genus illos occupare aut potuit antea, aut deinceps poterit, cui salutarem & præsentem in sanctissimis hisce Patribus medicinam reperire non liceat. Sed hæc notiora sunt, quàm ut in eis explicandis longiorem orationem sumi necesse sit. Iam uerò tertium tempus, quo incredibilem nostri Episcopi animis lætitiâ senserunt, illud fuit, cum primùm inauditum est, ac postea constanti fama percrebuit, sanctiss. D. Nostri, quæ summa eius est sapientia, ad sacrosanctum istud legationis munus obeundum, quo secundum

D V D I T I I

dum ipsius dignitatem , nullum in terris habetur maius, ex omnibus uos potissimum delegisse . Quod quidem eius iudicium ita omnium sententia comprobatur , ut nihil prudentius , nihil sanctius , nihil ad id , quod quaeritur , perficiendum , accommodatius excogitari potuisse optimus quisque uerissimè prædicet . Tot enim sunt , ac tam præclaræ cuiusq; uestrum uirtutes , ut nulla existat tanta dicendi facultas , quæ earum laudib. non longè sit inferior . Quare ne uidear uel modestiæ fines transire, uel præter animi mei ingenium assentatione uti , malo egregias uirtutes uestras , animo cogitationeq; mecum ipse reputare , atque admirari , quàm pauca , eaq; non satis pro tantæ rei dignitate, in medium afferre. Nam satis præclarè mecum quidem in præsentia actum putarem , si uel illud dicendo consequi possem , ut eam , quam dixi, nostrorum Antistitum lætitiâ , Vobis ante oculos ponerem , ac simul ostenderem eximiam eorundem in Catholicam Ecclesiam obseruantiam , ac studium quoddam singulare . In quo tamen illud me consolatur , quòd spero id ipsum uobis omnibus aliqua ex parte iam esse persuasum , tibiq; in primis Stanislæ Hosi , Cardinalis amplissime , qui Nicolaum Olahum Strigonensem Archiepiscopum , quem sæpe honoris causa nomino , & alios nostros Episcopos & nouisti , & eis familiariter etiam usus es . Te igitur Illustrissime Hosi testem appello , tuoq; grauiissimo testimonio, D. Archiepiscopum, ac Dominos Hungariæ Episcopos honestari, ornariq;, & meæ cursum orationis adiuuari cupio . Non ne magnam in omnibus, maximam in optimo illo , ac prudentissimo sene D. Archiepiscopo pietatem, in oues sibi commissas charitatem, & curam , in lupis à caulis suis abigendis uigilantiam , in sanctiss. D. nostrum, in sanctam sedem Apostolicam obedientiam , in te , atque alios tui ordinis proceres obseruantiam cognouisti ? Equidem illud pro certo affirmare possum,

possum, si par esset nostræ tot iam bellis attritæ, ac penè prostratæ nationis ratio, atque aliarum etiamnum florentium, nec ipsum D. Strigoniensem Archiepiscopum, hominem quamuis ætate iam exacta, ac prope decursa, nec alios D. Episcopos nostros, omnes ferme aut aduersa ualetudine, aut senectute, quæ ipsa morbus est, ita confectos, ut minimè possint iter paulò longius ingredi; dubituros fuisse, huc omnes cupidissimè uenire, suamq; hanc talem, tantamq; lætitiã, & quam S. D. Nostro, S. sedi Apostolicæ, & uobis omnibus, & debent, & debere se libenter profitentur, obedientiam, atque obseruantiam, præsentem, quibus potuissent rationibus, declarare. Neque uerò alienum quidquam à maiorum nostrorum pietate, ac religione fecissent. Multas enim gentes gens nostra Hungarica in sanctam sedem Apostolicam obseruantia, & quæ hinc enascitur, pietate, ac religionis cultu antecessit. Cuius quidem rei tam multa, tamq; præclara extant testimonia, ut nemo adeo rerum sit imperitus, cui singularis Hungarorum pietas, ac religio non maximè sit cognita. Ac ne quid interim de multis Regibus nostris dicam, qui ob eximia in Christianos merita, ob uitam sanctè actam, in beatorum sunt numerum relati; quid illa, quæ in omnium oculis incurrunt, superba, & magnis opibus extructa templa, coenobia magnificentissima, sacerdotia opulentissima, an non satis magnum maiorum nostrorum pietati testimonium præbent? Iam uerò non ita pridem, sed patrum nostrorum memoria, saluis adhuc, atque florentibus Hungarici regni rebus, quanti illud studij, & obseruantia, quantæ pietatis erga Rom. Ecclesiam fuit totius nostræ gentis argumentum? cùm innumerabilis prope multitudo quotannis cupidissimè Romam confluebat, ut beatorum Apostolorum limina salutarent, atque his proni oscula figerent, omnesq; sanctorum reliquias, quibus urbs est refer-

D V D I T I I

refertissima, uenerarentur; ac demum à Pont. Maximo, summi beneficii ac gratiæ loco, benedictionem lati domum referrent. Vias tum passim, plateas, fora, gentis nostræ uiris ac foeminis, paruulos etiam secum trahentibus oppletas uidisses. Non quenquam uel ætas, uel sexus, uel itineris longitudo, uel mille uiæ pericula, aut ulla omnino difficultas retinere poterat, quin Romam uenerabundus religionis ergò properaret. Omnia scilicet pietas uincebat. Atque hic quidem fortasse adsunt, qui hæc, quæ dico, uiderint, ut possit ab ipsorum oculis oratio mea firmissimum atque grauissimum huius tantæ nostrorum hominum pietatis, & religionis testimonium capere.

Sed huius generis adeo sunt multa Hungarorum pietatis testimonia, ut nusquam se non offerant. Ac ne alia nunc attingamus, quid de tot, tamq; diuturnis atq; adeo continentibus aduersus communem Christiani nominis hostem, & susceptis, & confectis bellis, quid dicam aliud, quàm quòd omnium hominum confessione uerissimum esse constat? Hungaros nimirum singulari pietate, ac Christianæ religionis studio adductos, propterea arma sumpsisse, ut horrendam illam barbarorum tyrannidem omnibus populis imminentem, depellerent, ac durissimum intolerabilis seruitutis iugum à Christianorum ceruicibus excuterent, quorum quidem tantæ pietati, quæ satis digna à Christianæ pietatis cultoribus referri gratia potest?

Ipsi, ut reliquæ nationes in utramuis aurem securè, ut ita dicam, dormiant, ut pacis artes, omni deposito timore, excolant, ut summo ocio perfruantur; ipsi, inquam, Hungari sæuissimis barbaris sua corpora miseris modis dilanianda obiiciunt, ipsi barbarorum tela, in Germaniam, in Italiam, in Gallias, in Hispanias, in alias Christiani orbis partes, directæ, suorum corporum obiectu exci-

Et excipiunt. O pietatem singularem, ò ingentem atque admirabilem Hungarorum ex pietatis radicibus pululantem charitatem.

Hanc à maioribus nostris nobis ueluti per manus traditam, ac summa semper constantia conseruatam pietatem, & obedientiam, & ipse D. Archiepiscopus, & reliqui Episcopi nostri suo, ut dixi, aduentu comprobassent, si parem uoluntati facultatem, aut commoditatem habuissent. Sed ita ab immani Turcarum rabie omnia diuexantur, ita ab hæreticis omnia perturbantur, ac fursum, deorsum, feruntur, ut si uel paululum se à suarum ouium conspectu subducant, nihil iam integri sit remansurum. Actum sanè de religione, deq; omni pietate foret, si D. Archiepiscopus, si alii D. Episcopi, non dicam in longinquam aliquam regionem proficiscentur, sed si pedem omnino ex Hungariæ finibus efferrent. Si quid est, quod hæreticorum hominum rabiem compescat, auctoritas certè est, cuius nonnullum adhuc uestigium nostri Episcopi retinent. Idq; ob piissimi, atque optimi Regis nostri, Ferdinandi Imperatoris summam pietatem, & singularem quandam in Christianam religionem, inque nostrum hunc ordinem animi propensionem.

Et quidem, quòd Christiana religio in Hungaria aliquantum adhuc uigeat, neque prorsus explosa, exturbataq; sit, unius Ferdinandi Cæsaris pietati acceptum in primis referre debemus. Cuius erga nos clementia, atque in Deum pietate Episcoporum nostrorum auctoritas primùm nixa, tum functionibus quibusdam fulcitur, ac sustentatur, quæ in reip. nostræ administratione positæ sunt. Ac nisi maiorum nostrorum sapientium uirorum, uirtute perfectum, ac prudentia ita nobis prouisum fuisset, ut qui apud nos Episcopi essent, iidem etiam à Regibus ipsis nostris ad consilia adhiberentur, nullum

C in

in Hūgaria iam pridem pietatis uestigium reliquum esset.

Quòd si hoc etiam tempore à Regis consilio remouerentur Episcopi , Deum immortalem , quanta repente religionis , & rerum Ecclesiasticarum perturbatio existeret .

Nam tametsi eum Dei benignitate , & clementia Regem nacti sumus , qui unus omnium Regum pietatem ac sapientiam superat ; tamen is tot populorum , tot regnorum , & maximi Imperii procuratione distractus , ac grauissimis , iisq; continuis occupationibus impeditus , qui potest cognoscere , quid in hac , uel illa Hungariæ parte fieri oporteat , nisi Episcoporum admoneatur diligentia ? Eò iam hæreticorum uis processit , ut nisi aut ipse D. Archiepiscopus , cùm id per muneris sui pastoralis rationem licet , aut alius ex Episcopis aliquis ad Principis latus assistat , qui contra perpetuam hæreticorum audaciam & insolentiam , eius opem auxiliumq; imploret , omnia in peius ruere , ac retro sublapsa referri uideantur . Quod probe intelligens S. D. Noster , & re ipsa expertus , quanti intersit miserrimo hoc tempore , si docti , & pii uiri Ecclesiarum apud Principes patrociniū suscipiant , illum ipsum , quem iam ante nominavi , Nicolaum Olahum , Archiepiscopum Strigoniensem , uirum omni uirtutum ac laudum genere ornatissimum , teq; Reuerendissime Quinque Ecclesien . Episcopo , hortatus est , ac monuit , atque adeo mandauit , ut nunquam ab Imperatoris & Regis nostri latere uel latum unguem discederetis ; sed pro uestra auctoritate , & qua , merito uestro , plurimum apud eum ualetis , gratia , Ecclesiarum causam defenderetis , ac tueremini . Huc accedit , quod D. Strigonienis , & alii ex nostris Episcopis non nulli Turcis finitimas arces habent . Iam in iis defendendis , & ab hostium iniuria tuendis , etsi Cæsareæ Maiestatis munificentia , & liberalitate potissimum subleuentur , nisi  
tamen

tamen sua ipsi quoque prouidentia, ac cura, quæ ad remorandas, quantum fieri potest, hostium incurfiones ufui sunt, subministrent; si suam prudentiam, ac uigilantiam Turcarum potentia non opponant, quomodo fructus suos percipient, quibus se sustentare, suarumq; ouium commoditatibus prospicere queant? Postremo tanta est quorundam ac prope omnium nostrorum Episcoporum inopia, ut nisi eos piissimus idemq; optimus Imperator & Rex noster singulari sua liberalitate adiuuaret, & ex suo ipsos ærario aleret, uix fieri posset, ut hi se domi suæ sustentarent, nedum possint tantos sumptus, quanti hic faciendi sunt, sustinere.

His igitur publicis muneribus illhic occupetur necesse est, si suam Episcopi auctoritatem ac religionis dignitatem retinere ac tueri, si gregem sibi commissum defendere uelint.

Eò enim uentum iam est, ut non tam contra Turcas, quàm contra hæreticos nostris Episcopis sit decertandum. Quòd ni faciant, actum, ut iam dixi, de omni pietate foret. Quanquam ne hac quidem ratione possunt id quod cupiunt assequi. Tanti enim tum à Turcis, tum ab hæreticis impetus existunt, ut non nisi singulari Dei prouidentia, nullo eis humano ingenio, nullis uiribus, nullis opibus resisti posse uideatur. Atque utinam, ò utinam, cum sacrosanctum hoc Oecumenicum Concilium dimittetur, & actiones nostræ, quem speramus, felicem exitum habebunt; utinam, inquam, illhuc, unde egressi sumus, nobis redire liceat. Hæc est nunc calamitosissima, olim uerò non tam aliarum rerum ubertate, quàm religionis integritate florentissima Hungariæ facies, quam nemo est adeò ferreus, qui aspicere, & lacrymas continere queat.

Sed tota hac de re, deq; miserabili Hungariæ statu, de hæreticorum multitudine, ac uarietate, deq; iis rebus,

C 2 quæ



quæ priuatim ad Ecclesias Hungar. pertinent; dicam aliàs, cum id per uestram mihi benignitatem, & patientiam facere licebit. Nunc dicendi finem faciam, si prius illud dixerò, Reuerendissimum D. Strigoniensem, D. Episcopos; & uniuersum Hungariæ clerum, cum ipsi ob iam commemoratas, multasq; alias causas, præsentis adeste non possent, ut suum tamen singulare studium testificarentur; quod antehac nullis unquam temporibus factum fuisse legimus, ne florentissimis quidem Hungariæ rebus, id nunc ipsos prostratis publicis, ac priuatis opibus præstitisse, ut nos duos hoc tempore D. Ioannem Syluestri Colosuarinum, Episcopum Chanadiensem, quem hic præsentem cernitis, & me, summa Cæsareæ Maiestatis uoluntate deligerent, qui eorum nomine omnem, quam S. D. Nostro, Sanctæ sedi Apostolicæ, & uobis debere se profitentur obedientiam deferremus, ac supplices obtestaremur, ut hanc ipsorum uoluntatem, atque etiam missionis tarditatem boni consulatis; Seq; ac suas Ecclesias, quæ in tutela, ac patrocínio potissimum uestro conquiescunt, eo loco habeatis, ut inter cæteras orbis terrarum Ecclesias, nonnullam ipsarum quoque habitam à uobis fuisse rationem appareat. Quæcunq; autem uos, & sacrosanctum hoc Oecumenicum Concilium statuerit, & sanxerit, ea nos, ipsiq; non secus, atque à Deo maximo profecta, qui nusquam à uestris consiliis abest, summa cum reuerentia, atque humilitate, non accipient solum, sed accepta, quàm poterunt maxima cura, ac diligentia, tum ipsi seruare, tum alios etiam ut id faciant, adducere conabuntur.

R E S P O N S V M  
 S A C R I C O N C I L I I  
 T R I D E N T I N I ,

A B I P S I V S C O N C I L I I S E C R E T A R I O  
 P R O N V N Ç I A T V M .



**R**EVERENDI Patres , Persuasum est sanctæ Synodo, eam lætitiã, quæ communis fuit cum omnibus Christiani populi nationibus , pro generalis huius sacrosancti Concilii celebratione , ad prælatos quosque Ecclesiæ vestræ Hungariçæ peruenisse ; cuius singulare semper extitit studium, in tuenda , & conseruanda uera Christi religione. Nunc rogandus est Deus immortalis , ut quæ tanto bonorum omnium consensu inchoata sunt , ad optatos etiam exitus , pro sua benignitate , perducatur . Optabilius quidem sanctæ Synodo fuisset, ut regni Hungarici Prælati ad hoc sacrum Concilium personaliter accessissent , sed quando Iustis & legitimis de causis , cum grauissimo testimonio Illustrissimi & Reuerendissimi, D. Hosii Cardinalis Varmienfis coniuncto coguntur abesse , libenter illorum excusationem sancta Synodus accipit, cum præsertim confidat fore , ut non multò minorem utilitatem Christiana religio perceptura sit ex opera , quam ipsi suis Ecclesiis his turbulentis temporibus , piè , & diligenter præstare poterunt ; atque eò magis , quòd res & negocia sua uobis optimis & religiosissimis Patribus committenda existimarunt . Quod reliquum est , uos , & mandata uestra , prout iuris fuerit , læto animo amplectitur , atque admittit .

RESPONSVM

# SACRI CONCILII

TRIDENTINI

AB IPSIVS CONCILII SECRETARIO

PROVINCIALI

VERO

VERO

VERO

VERO

VERO

VERO

VERO

VERO

VERO

VERO

VERO

VERO

VERO

VERO

VERO

VERO

VERO



ORATIO POSTERIOR  
**AD SANCTAM OECV-  
 MENICAM SYNODVM  
 TRIDENTINAM**

IN SESSIONE QVINTA, QVI FVIT  
*dies Iunij mensis XVI, habita d R. P. D.*

**ANDREA DVDTIO**  
 SBARDELLATO, EPISCOPO TININIEN-  
 SE, ET D. PRÆLATORVM, AC  
 Cleri Hungariæ Oratore.

M. D. LXII.



**I** QVANTA est cœlestium diuina-  
 rumq; rerum dignitas atque maiestas,  
 quanta Dei Max. in humanum genus be-  
 neficentia, mortales animo cogitatio-  
 neq; comprehendere, ac mentis aciem  
 in clarissimam illam æterni solis lucem  
 defigere possent; tanta, tamq; incredibili uoluptate per-  
 funderentur, ut nihil his studiis potius ducerent, nullo  
 alio mentes pabulo reficerent, ac recrearent, nihil ha-  
 rum rerum contemplatione suauius, nihil iucundius, ni-  
 hil beatius existimarent. Illud etiam uotis omnibus ab  
 omnium rerum conditore Deo, dies noctesq; expete-  
 rent, ut in foedum, ac tetrum hunc corporis carcerem in-  
 clusum animum, solutis uinculis, educeret, ac post lon-  
 gum hoc exilium, in cœlestem illam beatorum sedem,  
 ac patriam transferret; ubi ex uberrimo illo diuinitatis  
 fonte; omnem sapientiam haurire; atque omnibus, quæ  
 illhinc largius promanant, diuinorum munerum diuitiis  
 se se

## D V D I T I I

se se perfundere, atque adeo se totos in immortales illos thesauros cupidissimè immergere, atque ingurgitare possent. Atque hoc quidem omnium mortalium esset studium; hoc unum animos hominum magnis desiderii stimulis excitaret, atque inflammaret; in hoc uno omnium euigilarent curæ, ac cogitationes, si, ut paulò ante dicebam, mentes humanæ, ex impuro hoc cœno, & caducarum rerum sordibus emergere, atque ad diuinarum immortaliumq; rerum contemplationem homines erigere sese, atque attollere, & ueluti cœlo capita inferre possent. Sed ita pulcherrimam, omnibusq; diuinis ornamentis decoratam naturam nostram, primi parentis nostri lapsus deformauit; ita omnibus æternæ sapientiæ donis nudauit; ita perniciosa sui contagione errati contaminauit, atque afflixit, ut cœlestis patriæ, ac regni hæreditate deturbati, omnibusq; bonis exuti, nihil iam prope aliud, quàm unam tantùm, eamq; non planè certam consequendæ illius gloriæ, quæ eius culpa nobis erepta est, spem retineamus. O miserabilem humani generis sortem, ò luctuosum illum nobis diem, quo de tam alto dignitatis gradu deiecti, & in has misérias, in has angustias coniecti, ac depressi sumus.

Execrando isto, ac detestabili primi parentis nostri errore factum est, ut abdita, & penitus reclusa diuinitatis mysteria, ac clarissimam & pulcherrimam illam lucem, ueluti degeneres quidam aquilæ foetus, apertis oculis aspiciere prorsus iam nequeamus: Simulachrum autem, ac uix leuiter adumbratam diuinitatis imaginem, aut, ut uerius dicam, impressa in rebus terrenis illius uestigia, non nisi longe, idq; quasi per nebulam, ac densam quandam caliginem, contueri liceat. Utinam uerò quando iam in eam nos ille miseriam secum pertraxit, hanc saltem nobis facultatem reliquam fecisset; ut si uel tenuem illam, quam in diuinis rebus aspectamus lucem, dicendo

dicendo explicare non possumus ; at certè summam Dei in nos beneficentiam & cognoscere , & cognitam dignis laudibus , atque aliqua grati animi quantulacunq; significatione prosequi possemus . Sed , ò miseram undique nostram sortem , ne id quidem satis , pro Dei optimi in nos meritis , ac pro tantæ rei dignitate perficere possumus ; quin uerò illud ipsum , quod possumus , non , nisi eius munere , ac beneficio , possumus : ita , ut ne pro beneficiis quidem , nisi ueluti nouo eiusdem beneficio cumulemur atque adiuuemur , aut quas ei debemus gratias agere , aut omnino loqui liceat .

Ita infinito quodam beneficiorum cumulo , ac singulari Dei erga nos clementiæ magnitudine undique præmimur , atque adeo obruimur . Ac mihi quidem nunc ad Deum maximè confugiendum est , isq; suppliciter præcandus , ut , quoniam ipse & uoluntatem ad præclaras res peragendas , & facultatem , pro immensa sua bonitate , ac misericordia , humano generi largiri consueuit ; mihi hodierno die in augustissimo hoc , & sanctissimo tot præstantium , ac summorum uirorum cœtu de sacrosancto Iesu Christi eius filii corpore , & sanguine ; in quo infinita eius erga nos beneficentia in primis elucet ; breuissimè dicere cogitanti ; & mentem , uoluntatemq; ad omnem alacritatem excitet , & os meum tallium , tantarumq; rerum maiestate iam tremebundum , ac titubans aperiatur , & Spiritus sancti gratiæ particulam mihi aliquam impertiatur , ut si pro tantæ rei dignitate parum accommodatè dixero ; illud saltem eius beneficio , ac munere consequar , ut omnis ab oratione mea uanitas , omnis longè remoueatur impietas .

Vos uerò , amplissimi uiri , obsecro atque obtestor , ut tam salutaris argumenti multis obstructam difficultatibus explicationem ita audiatis , ut neque attentionem , neque benignitatem uestram , qua in primis fretus ad di-

D  
cendum

cendum ueni, in ulla orationis meæ parte mihi defuisse  
 intelligam. Immanis ille, & capitalis, ac perpetuus hu-  
 mani generis hostis, qui tanquam Leo rugiens mortales  
 circumit, quærens quem deuoret, nostris nondum mi-  
 feriis satiatus, inueteratam illam suam consuetudinem;  
 quam in primo parente, magno nostro malo, fatis iam  
 experti eramus; etiamnum retinens, non languet, non  
 ocio torpescit, sed uigilat, huc atque illhuc circumcursat,  
 omnibus locis præstò adest, insidias collocat, laqueos  
 ponit, omnem diligentiam adhibet, ut irretitos homi-  
 nes teneat, & in tenebricosum illum, atque omni infoeli-  
 citatis genere refertum carcerem suum præcipites rapiat.  
 Etenim eam nobis ille foelicitatē inuidet, cuius nos, ipso  
 eiecto à Seruatore nostro hæredes instituti sumus. Quid  
 autem? nihil'ne suis ille artibus proficit? O cœcas homi-  
 num mentes. Si nouus hic aliquis, ac nondum fatis ad-  
 huc cognitus hostis esset, cuius dolos homines antea au-  
 ditione tantum accepissent; nonnullam fortasse inertiae,  
 socordia, imprudentia, qua se tuerentur, excusatio-  
 nem habere possent; Sed cum ueluti hæreditarius qui-  
 dem noster sit inimicus, qui non bonis, non fortunis,  
 non mortali huic, & caduca uita; sed æternæ foelicitati,  
 sempiternæ gloriae nostræ insidietur; quæ tanta suæ salu-  
 tis mortalibus est negligentia, ut eius fallacias effugere,  
 dolos euitare, conatus eludere, impetus à se depellere,  
 ac propulsare noluit? Antea suis ille fallaciis, suis illece-  
 bris, parentem illum nostrum, nosq; unà ab æterna foel-  
 licitate abstraxerat, & astu perfecerat suo, ut nihil iam  
 nostro genere miserius fingi posset. Nunc summa Dei  
 Opt. Max. in nos clementia, atque Vnigenæ eius filiimi-  
 sericordia redditam nobis cœlestis uitæ, gloriaeq; hæredi-  
 tatem inuadere, atque iterum eripere conatur, & quos  
 Christus sacrosancta sua morte ex diris eius faucibus  
 per uim extraxit, nefarius ille, & insatiabilis anima-  
 rum

rum quasi helluo quidam, iterum deuorare contendit. Quem enim alium tot in Ecclesia diffidorum, tot factionum, tot contentionum auctorem nominabimus, quàm illum ipsum, qui omnis inanitatis est pater, omnis dissensionis, omnis discordiæ, omnis deniq; mali fator, ac seminator?

Sed quomodo ad rem aggressus est? præclarè ille quidem, & ad id consequendum, quod ad euertendam humanam salutem in primis pertinere intelligebat, peraccommodatè.

Nam cùm probè nossent, nihil se ante proficere posse, quàm si Christum ipsum non possent, at certè, quòd proximum fuit, Christi in terris Vicarium aggredieretur; & Ecclesiam, cuius ipse Vicarius præfidiis, ac viribus munitus esset, conuelleret: huc omnes machinas admouit, ut, quanta maxima possent ui, utriusque auctoritatem labefactaret; atque etiam, si possent, & quocunque tandem modo possent, penitus euerteret, funditusque exscinderet.

Non ignorabat ille, si alterutrius dignitas firma, stabilis, inconcussaq; consisteret, parum se promoturum; cùm tanta utriusq; inter se connexio existat, ut non nisi unà & stare, & concidere posse uideantur. Itaque totis in utrunque uiribus impressionem fecit. Ac primùm quidem summum in terris Ecclesiæ caput, tanquam fortissimum aliquod propugnaculum adortus, quibus non armis, quibus non machinis ad oppugnationem usus est? Postea uerò firmissimam ueritatis arcem Ecclesiam, cuniculis quibusdam actis, prosternere conatus, eos ad eam rem administratos, ac satellites adhibuit, quos illhinc ob nefanda quædam patrata scelera transfugas, in sua de uolasse castra conspiceret. Ac cùm firmiora adhuc sibi comparare præfidia, & quàm possent numerosissimum exercitum, quo Ecclesiam oppugnaret, conscribere uel-



D V D I T I I

let, animaduertit nulla alia ratione maiorem se facinororum hominum manum cogere posse, quàm si omnis sceleris, omnis impietatis impunitatem, tanquam amplissimum quoddam militiæ suæ stipendium proponeret, quam rationem etiam in impurissima ac nefaria Mahometi secta excitanda, atque propaganda secutus pridem fuerat. Itaque repente ueluti asyllum quoddam aperuit, & omnis licentiæ, ad omnia perpetranda scelera signum sustulit. Hoc sublato signo, Deum immortalem, quanta breui tempore, non modo lixarum & calorum, sed iam ipsorum etiam ducum multitudo ad eius uexillum conuolauit? quot hominum millia sacramento huic se militiæ addixerunt?

Ibi tum præclari scilicet illi, ac generosi, & uel ipsis iam nominibus horribiles duces prodierunt; Lutherus, Melanchthon, Zuinglius, Oecolampadius, Osiander, Bucerus, Suenckfeldius, atque alii innumerabiles. Atque hi quidem, ut primùm ex Ecclesiæ matris castris profugerunt, arma illa, quæ à matre acceperant, ut à uicem tuerentur; ò scelus, impii, ingrati filii, in ipsius sanctissimæ, castissimæ, optimè de se meritæ matris uiscera contorserunt, & crudelissimis diuinum eius corpus vulneribus lacerarunt.

Quid? hoc ne eorum furor ac rabies loco substitit? minimè uerò. Longius etiam progressi sunt, & in ipsa sacrorum adyta, ac ueneranda mysteriorum penetralia, per summum scelus, per summam impietatem, irruentes, rupto Christi domini testamento, sacrosanctum eius corpus & sanguinem; quem ipse, ut nos seruaret, profudit, ac perpetuum suæ erga nos charitatis monumentum ac pignus nobis in terris reliquit, scelerati isti filii de nostris manibus per uim extorquere conati sunt, ac quantum in ipsis fuit, conculcarunt, atque indignè protriuerunt. O impietatem? Vnicum nobis in aduersis rebus  
sola-

solatium ; vnicam hanc , & sacram anchoram , ad quam in tot , tantisq; humanæ miseriæ procellarum fluctibus confugeremus , excutiunt , ac de medio prorsus sublatam uolunt . Nihil efficitis , non deseret suam Christus Ecclesiam , non eam suo destitutam auxilio uestris diutius sceleribus patere , neque eam uestris amplius iniuriis expositam obiectatamq; esse uolet ; uestros ille conatus , uestros impetus , reprimet , debilitabit , franget .

Quod quidem si nostra ille causa , pro quibus preciosissimum sanguinem istum suum , in quem uestri feruntur incursus , profudit , si nostra , inquam , causa non faciet , at certè sua ipsius causa faciet , ne tanta res tam indignis à uobis modis tractetur . Si reliqua uestra in hunc diem ferre potuit maleficia , neque ea statim uindicauit , quòd Ecclesiam suam hisce ad patientiam malis exerce-ri , & electos suos hoc ueluti igne quodam examinari ac probari uoluit ; uestrum istud tantum , tamq; nefarium , & inexpiabile scelus , ne erretis , inultum abire non finet . Neque uerò poterit . Nam si summus ille , atque æquissimus est iudex , si ita iustus est , ut omnis iustitiæ , omnis æquitatis uberrimus quidam sit ueluti fons , atque origo ; qui fieri potest , ut in tam contumeliosos , & in suam carnem , in suum sanguinem tam iniurios homines non animaduertat ? Carnem ille suam , qui uerè est cibus , & sanguinem suum , qui uerè est potus ; panem illum angelorum à uobis proteri sinet , ac de Cœlo sæuientes uos in illum aspiciet ? O singularem sceleratorum hominum confidentiam ? O nimiam audaciam . Nos uerò , pater cœlestis , qui improbi quidem filii , sed tui tamen filii sumus , eximiam atque incredibilem hanc tuam erga nos charitatem agnoscimus ; ac preciosissimum , omnibusq; diuinorum munerum thesauris affluens corpus , ac sanguinem tuum , in terram prostrati , suppliciter , ac demissè veneramur . Neque enim tua in nos ingens ignorare nos  
patitur

patitur misericordia, quantum hoc admirabilis tui erga nos amoris sit pignus; illudque planè persuasum habemus, huius cibi, hoc est, corporis tui esu, & sanguinis tui potatione, tali nos tibi nexu copulari, tamq̃; indissolubili, ac firmo quodam uinculo coniungi, nulla ut post hac uis abs te nos diuellere, aut abstrahere queat.

Atque hoc quidem ita esse, quis iam dubitare aufit? Cùm Christum ipsum, Seruatorem nostrum, audiat dicentem; Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo: Hic est panis ille uiuus, qui de Cœlo descendit; qui ex hoc pane manducauerit uiuet in æternum. Iam quis tantæ huius beneficiæ magnitudinem, aut animo complecti, aut oratione prosequi se posse existimet? Ipse unigenitus Dei filius, summa bonitas, summa sapientia, summa perfectio; nostræ nihil opis indigens: quin potius uicem nostram dolens; miserabilis conditionis nostræ misertus; cùm Deus esset, (dictu mirabile) cùm Deus esset, è cœlesti suo domicilio, nostra causa, in has se terras demisit, vilem hanc, & abiectam carnem nostram, tanquam sordidam, atque indignis quibusdam maculis imbutam uestem induit, homo factus est: atque ut diuinitatis nos suæ participes faceret, eamq̃; nobiscum communicaret, cùm infinita nostra scelera, nemo alius, nisi ipse, qui infinitus & immensus esset, expiare unquam, ulla ratione posset, nostram hanc naturam assumpsit. Ad extremum autem, ut in cœlestis patriæ ciuitatem, è qua eiectione eramus, postliminio nos restitueret, ut denique Deos nos efficeret, acerbissimam pro nobis mortem, volens, libensq̃; appetiit, hostiamq̃; se, ut iratum & auersum à nobis Patrem placaret, in ara crucis, immolandum præbuit. Postremò ne quid omnino ad summam eius erga nos beneficentiam deesset, aut requiri à quoquam posset, cum iam antea illud ipsum, quod de nostro sumpserat, nobis restituisset

stituiſſet ( quod tamen ne ipſum quidem noſtrum dicere poſſumus , cùm omnia ab eo acceperimus , ac quòd ſpiramus , quòd uiuimus , quòd denique ſumus , ipſi , qui ex nihilo nos procreauit , acceptum ferre debemus ) ut immortale hoc ſuum beneficium nobis cumulatiuſ quodammodo redderet , humanam noſtram naturam diuinitatis ſuæ temperamento perfecit , atque abſoluit , & coniunctam atque in unum iam concretam , admirabili quodam nexu , humanitatem cum ipſa diuinitate nobis in ſacroſancto hoc Sacramento utendam , fruendam reliquit . O admirandum ; ò ſacrum ; ò ſalutiferum , & omni ſuauiſſime refertum conuiuium , in quo Chriſtus Deus , & homo perfectus nobis proponitur . Sed quo me rapit ardor ? Nullum mihi cum impiis iſtis Satanæ ſatellitibus ſuſceptum certamen eſt , qui ipſum Seruato-rem noſtrum ( quod dicere horreſco ) uanitatiſ arguere non dubitant . qui quidem , ne quis unquam exiſteret , niſi mentis inops , qui de ſacroſancto hoc myſterio addubitaret ; aut ſecus , quàm fas eſſet , exiſtimaret ; ipſe ſanctiſſimos ſuos oculos in cœleſtem hunc panem deſigens , apertis ac diſertis uerbis dixit ; Hoc eſt corpus meum . Non eſt mihi contra iſtos depugnandum : ipſi ſibi , mihi credite , perniciem ; ipſi ſibi exitium adferent . Eſt aliud quoddam nefariorum hominum genus , quos ad ſubruenda Eccleſiæ fundamenta malus ille Dæmon ſubmiſit .

Hi uerò , ut fucum facilius facere , & imperitos homines ad defectionem adducere , atque in ſua pellicere caſtra commodius poſſent , pietatem prætexentes , in angelos ſe lucis transformantes , nouo , & in vulgus plauſibili quodam armorum genere matrem adorti , pro Chriſti ſe ſanguine prælium inire , ac dimicare prædicant . Chriſti ſibi ereptum eſſe ſanguinem , imperita approbante , & acclamante multitudine , fremunt , eumq; ſibi depoſcunt .

poscunt. Ita incautas mentes in suas partes pertrahunt; ac cùm nihil minus cogitent, omnem se pro pietate, proq; conseruanda uera & incorrupta Christianæ religionis integritate concertationem suscepisse persuadent.

O ingrati filii, ò fidei desertores; unde uobis tanta, tam subito sapientiæ lux affulsit, ut sapientissimam matrem uestram, omnis omnino erroris expertem, erroris redarguere, & in densissimis ignorationis tenebris demersam iacere existimetis? Vanus erit, uestra opinione, Christus, qui perpetuo se illi ad consummationem usq; sæculi affuturum pollicitus est. Quis furor, aut potius, quæ uos furix agitant: quæ uos intemperies, quasi uolento quodam flatu atque impetu, huc atque illhuc, propellit? Vnitatis hoc, & pacis symbolum, atque arctissimum quoddam charitatis uinculum in Ecclesia Seruator noster extare uoluit: vos, proh dolor, hanc unitatem diuiditis; pacem tollitis; uinculum disrumpitis. Vestem illam inconsutilem, cuius nos tegumento, ab omnibus turbulenti, & fluctuosi huius maris tempestatibus muniti, ac tuti eramus; vos, vos, inquam, temerè, nulla de causa, discidistis, atque adeo dilacerastis. Fuerunt tempora, cùm sapientissima mater nostra Christi sponsa, quæ à uera, & recta sponsi sui sententia ac uoluntate nusquam aberrat, filiis suis, in quibus pristinum illum pietatis igniculum accensum, & inflammatum conspiceret, calicis usum permetteret, & Christi, sponsi sui, sanguinem etiam sub uini specie illis propinaret. Postea uerò cùm antiquum illum pietatis ardorem restinctum esse; & religionis studium in hominum mētibus refrixisse animaduerneret, multaq; infanda per socordiam, ac negligentiam euenire cerneret, quæ ad tam preciosi sanguinis iniuriam pertinerent; primò quidem illa calice filiis suis non statim prorsus interdixit, sed prudenti aliqua ratione ostendit magnum uitari nefas, & sacrilegium posse,

posse, si, ab eius usu abstinerent. Itaque iam tum ab initio, cum hæc plurimum consuetudo uigeret, ut populares quoque sub uini specie Christi sanguinem fumerent: ex eis illi, qui eo in statu essent, ut non nisi magno negotio, ac summa cum difficultate cauere possent, ne aliqua, per imprudentiam, sanguinem potantibus guttula efflueret, atque ex ore delaberetur; ipsi se, sua sponte, prophanationis ac sacrilegii metu, ac fuga, ab hoc usu remouerunt. In quo quidem præclarum & memorabile suæ pietatis ad omnem posteritatem argumentum transmiserunt. Ac sapienter illi quidem. Nam & summa pericula hoc suo facto deuitarunt; neque tamen propterea non omnem eam utilitatem, ac totum illud, quod utriusque speciei communicatione percipi solet, ad se non traduxerunt.

Non ignorabant illi æquè sub panis, atque sub uini specie, totum Christi corpus esse; Atque utrunque tam alterius duntaxat, quàm utriusque specie contineri. Corpus enim uiuum, quale illud esset, sanguinis expers, existimare nefas putabant: Sanguinem item uiuum, qualem illum esse non dubitabant, non nisi in corpore consistere planè persuasum habebant. Deinde uerò ne illud quidem nesciebant, Christi corpus in partes secari, ac diuidi non posse. Ex quo facilè intelligebant, & sub pane, & sub uino, totum, uerum, uiuum Christi corpus, & sanguinem; non cadauer mutilatum, aut membratim discerptum, non cruorem existere.

Cum autem tanti, tamq; admirabilis sacramenti aptã in pane, & uino, ac cohærentem inter se connexionem, & non dissolubilem quandam quasi coagmentationem cogitatione satis assequi non possent, omni cum demissione, ac pietatis testificatione, ex lætis illorum animis præclara illa uox erumpebat. O res admirabilis, manducat dominum pauper seruus & humilis. Ad hæc illa

E            etiam

etiam audiebantur. Tantum ergo sacramentum ueneremur cernui; præstet fides supplementum sensuum defectui. Ad extremum autem cum istorum imitatione, non ita multas post ætates, uniuersi penè Ecclesiæ filii, ut pietatem, & quem Seruatori suo cultum debebant, sartam tectam conseruarent; ipsi quoque à periculoso illo sanguinis potu paulatim se se subdixerunt, & illa hauriendi calicis consuetudine abrogata, hunc non nouum quidem, sed non ab omnibus æqualiter ubique seruatum panis tantum edendi morem unanimi consensu receperunt. Ita factum est, ut iam inde à sexcentis, & amplius annis, calicis usu, omnibus ferè, aut certè plurimis locis prorsus sublato, panis tantum comedendi consuetudo magno studio ac religione conseruaretur. Quiescebat in summa tranquillitate totus penè terrarum orbis, cum ecce Satan communem & tam altam Ecclesiæ pacem inuidens, tristem illam ex Erebi sedibus Erynnim exciuit, & ut summa imis permisceret, atque omnia perturbaret, in Christi gregem immisit. Tum uerò Ecclesia portentosi huius monstri exortu perterrita, deque filiorum suorum salute magnopere sollicita, cum sponsi sui sanguinem non ad errorum expiationem, sed ad impietatem, ad iniuriam, ad prophanationem expeti uideret; ne, si taceret, boni etiam, sed tamen incauti filii in eundem, per imprudentiam, errorem prolaberentur; hanc ignominiam, hoc tantum scelus ferre diutius non potuit: Sed uocem sustulit, ingens esse periculum denunciauit, quod ut uitari posset, ad laudatam illam pristinæ pietatis consuetudinem filiorum animos incendit, atque uehementi quodam ardore inflam-mauit.

Non omnes tam piæ matris monitis paruerunt, non omnes dicto audientes fuerunt: sed obedientia semel abiecta, in pestilentis, & perniciosæ illius libertatis, cuius  
dux

dux ipse Satan esset, castra profugerunt; ac nullo honore, nullo cultu, nulla reuerentia Sanctum Domini persecuti, nullum iam fingi potest tam magnum scelus, quod illi aut cogitatione non designauerint, aut etiam re ipsa aggredi dubitauerint. Continebat ista se pestis initio intra angustos illos unius Boemiæ fines, neque latius adhuc serpserat; cum aduersarius noster, tanti huius mali contagionem ad reliquas etiam orbis terrarum partes deriuare cupiens, alium quendam suum, ab inferis emissarium excitauit.

Hunc furiis percitum, ambitione tumentem, inuidiæ stimulis agitatam, sanguinem, cædesq; spirantem hoc tam præsentis ueneno imbuit; quod ille postea in Germania, nobilissimo illo Ecclesiæ membro spargeret, ac disseminaret, & tanti mali uirescentes miserorum hominum animas ad Tartara detruderet.

O incauta filia. Ita ne te facere oportuit? Vbi mens; ubi sensus; ubi præstans illa tua uirtus tum fuit, cum tam uenenatum hoc, & uirulentum poculum fraudulenter ad tuam tibi perniciem propinatum tam auidè hausisti? En, tuo exemplo, alios etiam fratres tuos ad sceleris eiusdem societatem inuitasti; eodem communicato ueneno illos infecisti; infectos tecum unà perdidisti.

Hancine tu matri tuæ, pro ingenti suorum in te meritum magnitudine, post tot sæcula, gratiam refers? Illa te in densissimis impietatis tenebris demersam, erexit; illa Dei ignorantis caliginem ab oculis tuis discussit; illa ueritatis tibi lucem intulit; illa ab impio te Sata-næ cultu, ad veri Dei cognitionem traduxit; illa iratum tibi Deum conciliauit; illa diuinorum te munerum participem fecit; illa tibi Christi, sponsi sui, corpus & sanguinem proposuit; illa tibi coelum denique ipsum patefecit: & tu, tantorum beneficiorum oblita; suauissimo obedientiæ iugo excusso; contempto Deo; salutis tuæ



## D V D I T I I

immemor ; ad immanem illum aduersarium nostrum transfugis ; in illius te castra recipis ; illhinc charissimam , atque innocentissimam matrem omnibus ignominiis , omnibus probris , omnibus iniuriis laceffis ; illhinc eam iniquissimis criminationibus laceras ; illhinc uenenata in eam iacula torques . Non te piæ matris miseret ? Non te fratrum tuorum gemitus , non lacrymæ , non preces mouent ? tantæ ne animis iræ ? ita'ne ad omnem pietatem , ad omnem misericordiam obriguisti ? ita'ne te obfirmasti ?

An ideo Imperii illa tibi ornamenta & decus tradidit ; ideo summum atque altissimum dignitatis , ac maiestatis fastigium apud te collocauit ; ut tu pro tantis in te meritis , omnia sua sibi ornamenta detraheres ; è sua ipsam sede eiiceres ; omnes tuas cogitationes , omnes uires , omnes copias ad eius euerfionem conuerteres ? Quis te adeo dementauit ? quis te fascinoauit ? quis te in hos impietatis laqueos induit ? Respice iam , respice , tibiq; ad imitandum propone præclara cum ceterarum omnium uirtutum , tum uerò etiam religionis , ac pietatis exempla , quæ in Principe tuo , optimo Imperatore Ferdinando mirabiliter elucent . imitare eorum , qui plurimi etiam nunc apud te sunt , in catholica religione , ac pietate retinenda constantiam , ac fortitudinem , horum uestigiis , quæ ad certissimam salutem , & gloriam reducunt , insiste . Redi , redi cum suauissima matre tua in gratiam ; non uult illa te perditam ; non erit amplius iniuriarum memor ; omnia perpetua obliuione inuoluet , modo tu ad tuam te salutem erigas ; modo eam agnoscas matrem ; modo te dicto deinceps audientem præbeas .

Si sponsi sui sanguinem ita ardentè expetis , ut non satis habeas uno illum modo tantùm fugere ; dabit illa tibi calicem quoque , permittet tibi , ut hoc altero etiam modo Christi sanguinem haurire queas . Redi , redi ad  
matrem :

matrem ; curre in charissimæ matris gremium ; curre in eius amplexus . Viden' ut illa ardentissimis suspiriis , acerbissimisq; te lacrymis ad se uocat ? Viden' ut te aperitis brachiis , ut obuiis ulnis auidissimè expectat ?

Si te perditam filiam recuperabit , omnibus lætitiis efferetur , exultabit , triumphos aget . De te uerò quid dicam opibus olim , uirisq; florens infoelix mea patria ? clarissima sanctissimorum Regum domus ; quid de te dicam ? Meministi tu quoque quid à matre tua Ecclesia acceperis .

Illa te aberrantem , in uiam duxit , illa tibi ad cœlos iter commonstrauit ; illa te in cœlestis regni hæreditatem adscripsit ; illa tibi omnia uirtutis ac pietatis ornamenta tradidit ; illa tibi arma , quibus aduersus humani generis hostem decertares , subministrauit ; illa te omnibus ad illud certamen accommodatis rebus instruxit ; illa , si quo casu succubuisses , victam erexit , recreauit , animos addidit , fortem & alacrem prælio restituit ; contra uerò si uirtute tua hostem illum tuum superasses , uictricem omni laudum genere ornauit , ad cœlum sustulit , omni commendatione , ac prædicatione prosequuta est . tuis illa Regibus prudentiam , consilium , uirtutem suffecit ; tuos illa Reges fortiter , constanter , & præsentissimis animis , aduersus communem salutis nostræ hostem beligerantes , post uictoriam in cœlestem ciuitatem quasi triumphantes induxit , atque in beatorum numerum inseruit ; illi tu salutem , illi omnia debes . Memineris antiquæ uirtutis , maiorum tuorum pietatis , constantiæ , in matrem Ecclesiam charitatis & obseruantia . ne te ulla ui abduci , ne te ullis unquam ab eius gremio rationibus auelli patiaris . Illa tibi à suo sponso uires impetrabit ; antiquam illam maiorum tuorum uirtutem , & ingens animi robur , ac fortudinem recuperabit . Illa suis apud Christum precibus perficiet , ut sæuissimum illud immanis

nis Turcarum tyrannidis iugum tandem aliquando à ceruicibus tuis excutias ; ut post diuturnam , miserabilemq; tot annorum seruitutem in libertatem te uindices , ut te attollere ; ut erigere ; ut Christiani nominis hostes labefactare , frangere , propulsare queas ; ut post tot , tamq; difficiles labores exantlatos , summa pace ac tranquillitate perfruare ; ut denique suauiter in charissimæ matris sinu conquiescas. Vos autem , amplissimi Patres , aberrantes filios uestros respicite ; reduces libenti atque alacri animo excipite , complectimini , fouete ; abeuntes omnibus , quibus potestis rationibus retinete ; fuga iam dilapsos , blandis uocibus reuocate ; manum reuertentibus porrigite , attrahite , omni charitatis ac benignitatis significatione prosequimini . Non tam iudices uos illis , quàm parentes præbete , atque horum affectum erga illo , planè induite ; omnem ex animis uestris acerbicatem eiicite ; omnem offensionem deponite ; omnem iracundiam abiicite . Misericordiæ nunc tempus est : Christum misericordiæ , non ultionis Deum ante oculos uobis statuite . ignoscite errantibus , errorem deprecantibus subuenite ; supplicum aliquando miseremini . sublatam de medio malis Dæmonis artibus pacem illam , quam Seruator noster sacrosancti testamenti sui tabulis consignatam , non multò ante , quàm moreretur , ueluti amplissimam quandam , & planè omnibus bonis circumfluentem hæreditatem nobis reliquit , orbi Christiano restituite . Videtis , nisi fallor , quantis discordiis , quantis dissensionibus , quantis odiis res agatur . Cernite , ut uestri se filii immaniter cruentent , ut mutuis se cædibus conficiant . Vbi illa uestra pietas , vbi charitas , vbi in filios uestros commiseratio ?

Adeste auxiliis , suppetias ferte , extinguite hoc tantum , tamq; latum incendium , ne miserabili isto igne totus terrarum orbis , uestra potissimùm culpa conflagrasse

grasse uideatur. Huic uos rei tum demum obuiam ire poteritis, si imbecillitatis filiorum uestrorum miseri, ad eorum uos infirmitatem demiseritis, & incredibilem illam eorum sitim, qua dies, noctesque cruciantur, quamprimùm restinxeritis. Quod quidem non ante fiet, quàm uos tantopere ab illis expetiturum Christi sanguinem, hianti ore, siccis faucibus, summo cum desiderio expectantibus, non grauatè, præbueritis.

Ne committatis, Patres, ut tot populorum, tot nationum, tot insignium prouinciarum, tot nobilissimorum regnorum, quæ nunc eodem incendio absumuntur, inanem esse iacturam existimetis. Arcèssimo hoc vnitatis, & pacis uinculo dispersas, ac dissipatas, & inter se pugnantes filiorum uestrorum mentes ac uoluntates colligite, firmissimo hoc nodo discrepantes animos constringite.

Non uult Christus ita uos propositi uestri tenaces esse, ut propter hunc sanguinem, quem pro omnibus ipse profudit, tanta sit inter nos, tamq; perniciofa animorum dissensio: quin potius propterea hunc sanguinem effundere, & quod maximum est, ignominiosissimum mortis genus obire uoluit, ut nos charitatis eius erga nos memores, coniunctissimis inter nos animis essemus, & quàm concordissimè uiueremus. Ne cogitetis, Patres, eos, qui tanto studio, tanta contentione, tam ardentè Christi sanguinem expetunt, atq; efflagitant, tam negligentes, tam impios futuros, ut quod tanto ardore sibi dari postulant, & obsecrant, id non omni ueneratione sint persecuturi, non omnem ab eo prophanationem longissimè amoturi. In uestra propemodum manu est, ut à recta salutis uia deflexos filios uestros, in uiam iterum retrahatis. In uos omnium coniecti sunt oculi; à uobis uniuersus terrarum orbis salutaria documenta, opta-  
tam

tam illam, & iamdiu cupitam pacem, concordiam, summam animorum, ac uoluntatum consensionem auidissimè expectat; uestram omnes fidem, uestram opem, uestram misericordiam implorant. Ne sitis ita implacabiles, atque inexorabiles. Succurrite labenti, & iam iam ruituræ Reip. Christianæ, pacem orbi reddite, charitatem restituite, errantes & in alienis, atque adeo pestiferis pascuis uagantes oues uestras, in suas caulas congregate, salutari illas pabulo recreate. Eas uerò, quæ nondum dispersæ passim omnibus campis, relicto grege, uagantur, summa diligentia continete, ne ab eis uel latum unguem discedite, ne solas relinquitte. Væ soli, inquit ille, quia si ceciderit, non habebit subleuantem. Quòd si uerò aliquo abiulistis, easq; ad breue aliquod tempus reliquistis; summum est periculum; ne reditum uestrum procrastinate, redite ad uestras oues; omni celeritate recurrite. An nondum uidetis, ut uestro desiderio æstuent, ut langueant? vos illæ miserabili balatu ad se reuocant; insidiantes & circa caulas oberrantes lupos horrent, crudeles corporis sui laniatus pertimescunt. aliæ uerò uestra absentia fieri posse existimant, ut luce illa sublata, quæ ipsis ex Christi præcepto, ad rectum salutis iter prælucere debet; in tenebris uersentur, omnibus locis impingant, concidant, pereant. Vos illis in tantis tenebris erroris & inscitæ, quæ uniuersum propè orbem contexisse uidentur; vos, inquam, iam tandem clarissimum lumen præferte, densam hanc caliginem dispellite, ueram illam lucem, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, omnibus conspiciendam præbete. Excitate uos ad uestrum officium; immo uerò Christi domini uox omni uos ardore ad uestrum munus peragendum incendat, atque inflammet. Reuocate in memoriam sanctissimas illas eius uoces; Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis. Imitamini pastorem illum,

qui

qui aberrantem à grege ouem, summa diligentia, ac studio perquisiuit; inuentam suis humeris sustulit; sublata ad cæteras aggregauit. Quod quidem uos ipsos facere oportet. Non hoc per ministros munus rectè perficitur. Non hic aliena opera utendum est; inuisum illud atque odiosum seruatori nostro mercenariorum nomen hæc functio longè à se repellit: vos, uos ipsos postulat. Quod in uos ipsi facitis, quomodo ea, quæ paulò ante strictim attigi, perficietis? aut quomodo boni pastoris partes atque officium explebitis? quomodo si longius ab ouibus uestris abfueritis, quod infirmum est consolidabitis? quod ægrotum est, quomodo sanabitis? quomodo, quod contractum est, absentes, alligabitis? quod abactum est, si non adestis, quomodo reducetis? quomodo quod periit, si præsentis non estis, conquiretis? Iam uerò, quomodo, si longius abieritis, mutuò inter uos uoces exaudietis? quomodo pastor oues; aut illæ pastorem suum cognoscent, si ille oues istæ pastorem suum, aut nunquam, aut rarò admodum conspiciant? Date operam, Patres, ne illud in uos rectè ac cum ratione cadere uideatur, Dispersæ sunt oues meæ eò, quòd non esset pastor: & factæ sunt indeuorationem omnium bestiarum agri, & dispersæ sunt, errauerunt greges mei in cunctis montibus & in uniuerso colle excelso; & super omnem faciem terræ; dispersi sunt greges mei, & non erat, qui requireret; non erat, inquam, qui requireret. Propterea pastores audite uerbum domini. Hæc dicit dominus Deus. Ecce ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eorum, & cessare eos faciam, ut ultra non pascant gregem. Pertimescite, Patres, exhorrescite uocem illam; O pastor, & idolum, derelinquens gregem. gladius super brachium eius, & super oculum dextrum eius. Brachium eius ariditate siccabitur; & oculus dexter eius tenebescens obscurabitur. O acerbam,

*Ezech.34**Ezech.34**Zach.11*

F bam,

bam, Patres, ò terribilem comminationem. Quæ omnia, ut quàm longiffimè à uobis remoueat, ut acutiffimum illum diuinæ ultionis gladium non à brachio tantùm uestro repellatis; fed ut etiam iugulum ueſtrum; cui ille, niſi dicto audientes eſtis, iam imminet; à ſæuiſſimo illo mucrone ſubtrahatis; quod ueſtri officii eſt, facite, diuinæ uoluntati atque imperio obtemperate. Quod ni facitis, cauete ne in Dei uiuentis manus incidatis. O' terribiles, ò ineuitabiles ultionis diuinæ manus. Hinc, rebus foeliciter, ut ſpes eſt, confectis, concitatiffimo curſu domum iter arripite; lucem ueſtris ouibus præferte, ne in auia, & ſenticofa aliqua loca, ne in præcipitia deferantur. Sed quo rapior? quid ago imprudens? Ignoscite, Patres, longius me orationis quaſi quidam æſtus abripuerat. Num ſum neſcius quales uos ſitis? Nihil mea iſta cohortatione opus eſt, ueſtra uos ſponte, ampliffimi Patres, quæ ueſtræ ſint partes optimè intelligitis, & quod intelligitis, nullo monitore, ueſtra uoluntate incitati, & eximio charitatis ardore incenſi, præclare, & ſumma cum omnium bonorum admiratione, ac prædicatione peragitis. Iam uideor mihi uidere illum diem, cùm, dimiſſo Concilio, præclaræ illæ, & ſanctiffimæ uoces ex ore ueſtro excipientur: cùm alter certatim alterum ſummo ſtudio ad ſuum munus inuitabit; cùm mutuis uos cohortationibus, ueluti ſtimulis quibusdam, in hunc modum impelletis. Age ſis, frater, eamus. Heus tu nunc iter ingrediamur. quid ceſſamus? pergamus, pergamus ad oues noſtras, quas ſuo Chriſtus ſanguine redemptas, noſtræ fidei commiſit, quarum item ſanguinem de manibus noſtris requiret. Age nunc diligenter cognoſcamus vultum pecoris noſtri, noſtros greges conſideremus; in numero noſtras oues habeamus, agendum, nominatim eas uocemus; educamus ad paſtum; ſequentibus præeamus; luporum rabidos ab eis morſus arceamus;

*Ezech. 34*

*Prov. 27*

*Ioan. 10.*

*Num. 27*

arceamus; saluas & incolumes domum iterum reducamus; vt cùm sumus ille Pastor rationem à nobis reposcet, intrepidè in medium prodire; & his eum uocibus fidenter alloqui audeamus. En tibi Pater cœlestis, quem mihi gregem tradidisti, eum ego tibi integrum conseruauai; tu illius miserere, & unà cum Pastore in optatam illam tuam sedem, & beatorum domicilium, transferas; ut ibi dulcissimo tuo aspectu læti perfruamur; ut oculos nostros diuinitatis tuæ splendore, ac pulchritudine perpetuò pascamus; ut tibi sempiternas laudes, & gloriam in excelsis canamus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

## R E G E S T V M.


A B C D E F.

Omnes sunt quaterniones, præter  
F. duernionem.


V E N E T I I S E X O F F I C I N A  
I O R D A N I Z I L E T I.  
M. D. L X I I.





accensus; salus & incolumitas domini patrum vestra-  
 rum; ut cum tunc ille pastor rationem a nobis expo-  
 scet, interside in medium prodeat; de his cum nocitas  
 liberet aliquid audiamus. In tibi Pater celestis, quem  
 mihi Gregem tradidisti, cum ego tibi integram conser-











Inditij et padoletti orationes.

XXI

24.